nera sed signa vulnerū discipulis demonstrasse. **H**oc idē tenet **A**ibert⁹ magn⁹ sup **L**ucam **C**icatrices tales in xpo sicut in martyrib⁹ ei⁹ fm **A**ngl. lib. xij. de ciuitate dei. erūt quidem pulchritudo 7 ostētio stigmatum in victorie signum. **E**t hui⁹ rō pōt assignari. qz nisi eēt cicatrices ad maiorē decorē xps nō referuasset eas sed faciliter deleuisset. **S**i em balsam⁹ ita pfecte sanat vuln⁹. q nō manet cicatrix **A**bul to fortius posset dñs deus sua 7 aliorū martyrum vulnera ita pfecte sanare. q nullū vestigium vulneris remaneret. **S**unt tñ quiq; caule fm **B**edam sup **L**ucā. quare dñs in corpe suo cicatrices referuauit. **P**rima vt in ppe tuum victorie sue circūferat triumphum. **S**ecūda vt discipulos suos in fide solidaret. **T**ertia vt p nobis apud patrē aduocaret. ostēdēt quale gen⁹ mortis p nobis ptulisset. **Q**uarta vt redemptis sua morte q̄ misericorditer sūt adiuuati insinaret. **Q**uinta vt q̄ iuste mali dānant enunciet qz videbit cū ois oculus. 7 qui eum pupugerūt **A**poē. j. **D**e hoc dicit beatus **A**ug⁹ li. de simbolo. **S**ciebat iesus xps quare cicatrices in corpe suo referuaret. **S**ic enī demonstrauit **T**hōmō nō credēti latius vt videret 7 tangeret. ita 7 inimicis vulnera demonstrabit vt cōuincēs eos vitas dicat. **E**cce hominē quē crucifixistis videte vulnera que infixistis. agnoscatis lat⁹ qd pupugistis. quod p vos 7 ppter vos aptū est. nec tñ vitare voluistis. **T**ertio mūdus iste dicit mare ppter inualitudinē sanitatis. nō est aliq̄s q̄tūcūq; bone cōplexiōis qui ita bñ posset sanus in mari esse sicut in terra. illi em qui in terra sunt nutriti 7 ad terraz sunt assueti qñ ad mare veniunt pessime patiunt 7 abominationē tantā habēt q inter nautas capita nō pnt leuare. **I**sto modo moraliter nullus ē ita morigerat⁹ qui possit viuere ita vtuose in hui⁹ mundi mari sicut in solida terra religionis sancte. **N**ec est aliq̄s in bona religione ita radicaliter educatus qui multas abominationes patiat. si se mūdo imisceat. vt merito dicere possit illō **S**oph. ij. **Q**ui habitatis funiculum maris gens pditorū **E**x his iam dictis quilibet possit elicere an in mari hui⁹ mundi possit veraciter gaudere. et certe inueniet q nō. quia gaudium hui⁹ mūdi breuem delectationē affert 7 nihilominus longam penam. vnde **J**ob. xx. **G**audium hypocrite non ē nisi ad vnū punctū vel ad istar pūcti. vbi fm **B**re. xv. mo. **P**er punctuz intelligit breuitas vite pnti. q respectu eternitatis vite puncto cōpar. quia de tota vita nra nō habemus nisi vnū nūc pntis. **D**is inq̄t lōgitudovite pnti pūct⁹ eē cognoscit. qz de pterito nihil hz qz ē elapsuz. de futuro nō dū hz cū sit incertū. ita vita q sic angustiari potuit punct⁹ fuit. **I**ō

Dñica tertia post pasce

legit in gestis phorū. idem refert Valerius i poliē. li. iij. Cū alexander in deserto venatur transiret. et ad diogenē veniens añ ipm stare et solem impediret. dixit diogenes. vellē q mi hi nō auferres qd uibi dare nō potes. Quod impator intelligēs ad aliā ptem diuertit et dixit se minari q nō timeret potentiā ei. eleganter rñdit sibi. potentiā tuā nō timeo. qz aut pterita ē aut presens. illā que pterit non timeo quia iā nō est. illam que futura ē nō ptimesco quia indubia et incerta ē. illam xō que pns est nō formido. qz modica et cito trāsitoria ē. Cuz aut qui astabant vellent irruere in euz. pcepit Alexander ne quis tangeret eū dicens. qz hō est qui etiam ppter timorē principū vitatem nō taceret. De breuitate aut istius gaudiū mū dialis et inchoatione tristitie future dicē Sen. epla. lxxvij. Dicit nō magnū gaudiū sed initiū vt sepe est future tristitie. gaudio em adiuctū est nō desinere nec in cōtrariū verti omēs tendunt ad gaudiū. Sed vnde stabile et magnuz cōsequantē ignorant. ille qui iuis et luxurijs. ille ambitione et circūfusa clientū turba. ille ex amicis. alius ex studijs liberaliū vana ostensione et nihil sonantib⁹ lris. omēs istos oblectamēta falsa et breuia decipiūt sicut ebrietas que vnus hore hilarem insanie longi tempis tedio pensat. Quātū ad tertiū ponit electozuz in futuro cōsolationē cum subiungit. tristitia vestra vertet in gaudiū. Circa quod notādū multa sunt genera tristitum psonaruz que ducunt cōmuniter in tristitia dies suos. Primi sunt inuidi mordaces qui cōmuniter sunt tristes. vnde Ouidi⁹ li. ij. metha. fabulaē qualif pallas iuit ad inuidiam vt procuraret mortez athlantis. vbi describit quatuor ad inuidiam ptinentia. scz domū. escam. psonam et viam. Domū describit sic. protin⁹ inuidie nigro squalentia tabe. Tecta petit domus ē imis in vallibus antri. Abdita sole carens non vlli puia vento. Tristis et ignauū plenissima frigidis et que. Igne caret semp. caligine semp abundat vult ergo dicere q domus inuidie est situata in vallib⁹ p tanto quia psonae humiles semp inuident supioribus. Omis ergo inuid⁹ inuidet. quia se inferiozē aliquo modo videt. quia appetit inferior eclipsare supiozes et nō ecōtra sicut patet de sole et luna. Et ita regulariter illi qui minus valent et sunt gratijs et meritis inferiores obumbrare nitunt p inuidiam meliores. Ideo signanter dicit Job. v. Paruulus occidit inuidia. vnde dicit merito q domus inuidie est in imis vallibus situata. h est domus cooperta squalenti thabe. i. veneno. squalore et langore. Nam tota locutio inuidi ē deceptō totaqz cōsideratio de defectibus aliorum. Itē domus inuidie caret sole et vento. quia nunq̄

gaudet inuidus de prosperitate seu felicitate primozū. imo venti bonarū narrationum de profectu bonoz occidunt per ipos. Quia dicit Damascenus q inuidia est tristitia de alienis. vnde sicut bufo tristat de bono odore vinarū florentiū. ita inuid⁹ de profectu valentium psonarum. Ideo dicit Socrates pbs in suis puerbys. Inuidi digni sunt vtsi fieri possit in omibus ciuitatibus aures haberēt et oculos. vt pro defectibus omniū torquerent. Et subdit. quāta sunt felicitum hominum gaudia tanti sunt gemitus inuidozū. Item domus inuidie semper caret igne. et est plena frigore. qz nullus inuidus feruet charitate. caligine tamē semp abundat. quia nunq̄ bene iudicabit inuid⁹ de ipsis psonis. Secūdo q̄tum ad escas dicit Ouidius q pallas inuenit eam comedētem carnes vipereas. nam omis inuidus pascitur de malictiosis cogitatioibus et machinationibus turbatiuis aliorum. Tertio psonaz inuidie describit Ouidi⁹ sic. Pallas in ore sedet. macies in corpore toto. Pusq̄ recta facies. linent rubigine dētes. Pectora felle virēt lingua ē suffusa veneno. Risus abest. nisi quē viti fecere dolores. Nec frui somno. vigilatibus excita curis. Sed videt ingratus. tabescitqz videndo. Successus hominuz carpit et carpit vna. Suppliciū qz suum est. q̄tis tamē oderit illam. Quarto viā et modū incedendi inuidie versus athenas describit sic. Inuoluit baculum p caput spinea totum. quem vincula cingebant opertaqz nubib⁹ atris. Quocunqz ingredi florentia pterit arua. Exuritqz herbas et summa papauera carpit. Afflatuqz suo ppos vbesqz domosqz. polluit. Ecce mod⁹ incedendi quē inuid⁹ semp obseruat. portat baculum plenū spinis quia illud vnde se fulscire deberet pūgit et nō parcat. quia nō est inuidia quo possit delectari. atris nubibus operit. qz inuidus et detractor nunq̄ clarā sed obscuraz sententiā dicit de illo cui nocere pponit. Itē quocūqz ingredi florentia pert erit arua. q̄a inuidus nulli nocet nisi aliqua vtute florescat. Vnde Valerius lib. iij. nulla tam cito modesta felicitas ē que malignantes dentes vitare possit. Diuites em sumpta ab eius iacturis locupletes funeribus. vnde quidā interrogans quō inuidos nō haberet rñdit. si nihil inq̄t ex magnis rebus habueris aut nihil felicit gesseris. nam sola miseria caret inuidia. et hoc ē qd dicit Socrates in suis sentētijs aut proubijs. Felicitas sp sbiecta ē iudie. soli miseri carent inuidia. Et Tulli⁹ vlti. retho. dicē. Africana iusticia vtutē. vtus gliaz. glia emlos parit. Itē exurit herbas. i. iuuenes pficiētes sicut talpa ceca que morat in terra et radices herbarum corrodit et impedit viā ab augmēto et nō solū

herbas imo summa cacumina carpit. qz semper cōtra supiores suos p̄latos ⁊ dños suos iuidus q̄sqz garrit. **U**ltimo dicit qz afflatu suo id ē v̄bo malicioso polluit oēm p̄lm ⁊ v̄bem quam attingi. **H**ic est primū genus tristiū personarū quorū tristitia nō vertet in gaudium. **D**e ipsa em̄ dicit **Prouerb. xxv.** Sicut tineā vestimento vermis ligno ita tristitia viri nocet cordi. **E**t **Eccl. xxx.** Tristitiā longe expelle a te. multos em̄ occidit tristitia temporalis. s. morte tempali ⁊ eterna. **S**icut hic semp est uerūt inuidia. ita ibi cū demonib⁹ inuidissem per mortē ⁊ p̄petuas penas sustinebunt. **I**ux illud **Eccl. vj.** **I**mproperiū ⁊ cōtumeliā mal⁹ hereditabit. ⁊ om̄is pctōz ⁊ bilinguis ⁊ inuidus. nam frequēter inuidi mala morte moriūtur. quia dicit **Sapiēs. Laqueo pibūt q̄ oblectant casu iustorū. Eccl. xxvij.** **S**ecūdū gen⁹ tristiū sunt p̄fidi ⁊ fallaces. videm⁹ em̄ qz oēs p̄fidi ⁊ fallaces sunt cōiter male tristes. **N**am hypocrite vt decipiāt alios exteriorē tristitiā similat ⁊ sanctitatē. **C**ōtra q̄s dicit dñs **Mat. vj.** **C**ū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. tales em̄ sunt iocundissimi in lasciuijs in occulto ⁊ tristissimi ad apparentiā in publico. **S**icut declarat b. **Amb. in quodā s̄mone. la / tet plerumqz sub tristi amictu lasciuiā ⁊ defoz mis horroz veste vili obtegit vt secreta regantur peculantiū animorū. illozū quidē tristitia etiā nō vertet in gaudiū. sed in eternā tristitiā. quia de hypocritis loquēs deuor⁹ amandus in ho. sap. li. j. c. x.** **N**onnulli qui sub habitu agnino mentē occultauerāt leoninā. qui velut canes rabidi suos dei p̄ maledicta obprobria. aut v̄ba turbatiua molestauerāt ⁊ cōfratres iniqua molestatione leserant. ibidē. s. i in ferno a canib⁹ infernalib⁹ impijsim̄is morib⁹ bus corodebant. **T**ertiu⁹ gen⁹ male tristem sunt cupidi ⁊ tenaces. q̄ semp sunt in timore. tristitia ⁊ dolore. quō bona acquirāt ⁊ acquisita retineant. naz loquēs de quolibet cupido sapiēs **Eccl. ij.** dicit. **L**ucti dies eius doloribus pleni sunt ⁊ erūnis nec p̄ noctem mēte requiescit **T**alis fuit ille iuuenis cui dixit saluator **Mat. xix.** **S**i vis p̄fectus eē vade ⁊ vende om̄ia que habes ⁊ da paupib⁹ ⁊ veni seq̄re me. ⁊ habebis thesaurū in celo. **E**t sequit̄. **C**ū audisset adolescens v̄bū hoc abiit tristis. erat em̄ multas possessiones hñs. illi aut̄ si rogant̄ a paupibus p̄ elemosynis tristat̄. **C**ontra quod dicit **Sapiēs. declina paupi aurem tuā sine tristitiā. Eccl. iij.** **H**orū etiā tristitia v̄tes in tristitiā sempiternā. qz dicit **Amand⁹ vbi s.** **C**upidi ⁊ auari ⁊ questuarij supra moduz valde torquebunt in iferno in foueis metallis bullientib⁹ balneabunt ⁊ exilire cupientes absqz mīa itingunt. **Q**uārtū gen⁹ tristiū sūt

in p̄nti stupidi ⁊ p̄tinaces. q̄ de dei mīa p̄letate ⁊ clemētia diffidunt quozum aliq̄ de p̄p̄ijs peccati irremediabili sic tristat̄ vt dicat sacramentū penitētie eis nō p̄desse ad salutē. v̄l qz iusticia nō p̄mitter penitētib⁹ misereri. **C**ōtra q̄s **Ps. xlv.** alloquēs aiām suā dicit. **Q**uare tristis aiā mea ⁊ q̄re ⁊ turbas me. **S**pera i deo qm̄ adhuc cōfitebor illi. **I**lli sunt de istis qui mortē amicorū suozū incōsolabili nimis plangunt. quasi de eozū beatitudine ⁊ resurrectione futura desperēt. **C**ōtra q̄s apls. **j. Thesal. iij.** **N**olo vos ignorare de dormientib⁹ vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nō hñt. **E**t q̄ illud gen⁹ tristicie patiunt̄ miserimi sūt ⁊ de miseria ⁊ tristitia p̄nti vadūt ad tristitiā sempiternā. vt de illo de q̄ habes s. p̄te. **j. dñica in. lx. f. ij. R. Z. Ido dicit Eccl. xiiij.** **F**elix q̄ nō habuit animi sui tristitiā ⁊ nō excidit a spe sua. **Q**uintū gen⁹ tristiū in p̄nti sunt xp̄iani v̄taces. q̄ hic aduersa ⁊ tristicias passi sunt cum reprobi gaudia habuerūt. **U**n̄ **Hugo sup Eccl. iij.** **R**eprobi qui diligūt vitā t̄palem ⁊ ei⁹ iocunditatē gaudio vite p̄petue anteponunt. **I**sta p̄sentia toto desiderio āplectuntur atqz in eis oēm felicitatē constituūt. **E**lecti v̄o tempales tristicias ⁊ dolores patient̄ sustinent. vt ad ea que p̄missa sunt gaudia eternitatis possint puenire. ⁊ in eozū respectu q̄c quid trāsitorū nō metuūt. ⁊ si dulce nō cōcupiscunt. vñ accidit vt t̄pales vite amatores p̄us habeant bona. deinde mala accipiāt. **S**pirituales vero aduersis exercēt. deinde bona attingant. illis primo bona. vltimo mala. istis primo mala. vltimo bona. h̄ ille. **D**e illis dicitur **Apo. xxj.** nō erit vltra neqz luct⁹ neqz clamor. neqz vll⁹ dolor. qm̄ p̄iora abierunt. **E**t **Esa. xxxv.** **L**eticia sempiterna erit sup capita eozū. **P**ro q̄ nota dicit **Cassi. li. j. eplaz. Sequenti gaudio p̄fert dulcedinē p̄missa tristitia. ita qz tristitia p̄cedēs adaugeat gaudiū sequēs. Idcirco gaudiū h̄ tristitiū ⁊ in celo tūc exñitiū puenit ex q̄tuoz. p̄mo ex miseriarū hui⁹ mūdi euasione. Sic aliq̄s captiu⁹ gaudet de liberatione ⁊ vinculoz diruptiōe dicēs cū ps. cxv. Dirupisti vincula mea scz famē sitim ⁊c. **T**ūc em̄ dicēt xp̄o illud ps. lxxv. **T**ransiuim⁹ p̄ ignē ⁊ aquā. ⁊ eduxisti nos in refrigeriū. vbi p̄ ignem ⁊ aquā omnis ardor cōcupiscentiaruz et fluxibilitas miseriarum huius vite intelligitur. **E**t quia electi dei hic transierunt p̄ aquas tribulatiōis. cōgrunz ē vt refrigerent̄ aquis de litiarum ⁊ cōsolatiōis. de quib⁹ legit **Ezech. xlvj.** **E**cce aque redundantes a latere dextro cum vir egredieretur ad orientez qui habebat funiculum in manu sua ⁊ mensus est mille cubitos. ⁊ traduxit me per aquas v̄sqz ad talos rursusqz mēsus est mille ⁊ traduxit me p̄ aq̄s**

Dñica tertía post pasce

vsq; ad genua et mensus est mille. et traduxit me
 p aquas vsq; ad renes. et mensus est mille. tor-
 rente que non potui transire. quoniam intumuerunt
 aque profundis torrentis que non potuerat transire.
Ad exponit **Anf.** li. vii. c. xv. p aquas redun-
 dantis torrentis intellige delectationes gaudi-
 ofas et copiosas. quibus sancti in celo fruuntur. de
 quo **Ps.** xxxv. **Torrente voluptatis potabunt eos.**
Et dicuntur redundantes. quia interius animam reple-
 bunt. et ex ea ad corpus redundabunt. **Dicitur** eti-
 am a latere dextero. pro quod intelligit celestis pa-
 tria. sicut pro latere sinistro presens vita. **Iuxta** illud
Cañ. viii. **Leua eius sub capite meo. et dextera**
eius amplexabitur me. **Tres** autem primi milliarum signant
 tria gaudia in patria. **Primum** venit ab inferno
 ubi videtur iusticia dei adimpleri. de quo multum
 letantur. **Iuxta** illud **Ps.** lvi. **Letabitur iustus**
cum viderit vindictam. **Secundum** venit a mundo de
 pulchritudine creaturarum. **Iuxta** illud **Esa.** lxv.
Tunc videbit et affluet et dilatabitur tibi cor tuum
Tertium venit de celo de iocunditate et gratia so-
 cietate. de quo **Esa.** lxv. **Exultabo in hierusalem in**
populo meo. **Et** quartum millenarium que non potest trans-
 uadari est gaudium ineffabile. de diuine maiesta-
 tis visione **Esa.** lxiii. **Oculus hominum non vidit**
deus abs te. que preparasti his que expectant te. **Se-**
cundo gaudium electorum nascitur ex peccatorum ex-
 tione et virtutum inductione. et quilibet electorum
 potest dicere cum **Ps.** xxix. **Conuertisti planctum**
meum in gaudium mihi. concidisti saccum meum et cir-
cumdedisti me leticia. **Saccus** est indumentum pe-
 nitentium. **Iuxta** illud **Job.** xv. **Saccum consui**
super cutem meam. et operui cinere carnem meam.
Super quo dicit beatus **Gregorius.** saccus super cutem con-
 suitur et caro cinere tegitur ne in districto examine
 videatur. sed tunc saccus conciditur quoniam dimissa cul-
 pa in illa celesti gloria omnia cooperantur in bo-
 num. **Etiā** ipsa peccata de quibus habebunt singula-
 re gaudium. **Exemplum** de milite qui in diuersis
 bellis gloriose triumphauit. multas cicatrices
 reportauit. que ei cedunt in gloriam. **Sic** peccata que
 quis texit pro penitentia. de hoc in celo habebunt
 magnam gaudium et leticia. **Et** hoc in tribus alleui-
 atam habet conscientiam. de hoc dicit dominus in pre-
 senti euangelio. mulier dum parit tristitiam habet
 cum aut peperit iam non meminit pressure. **Ad** expo-
 nit **Hol.** lec. cxi. dicens. **Mulier** bene concipit
 fetum naturaliter sine dolore. sed nuncquid fuit muli-
 er que peperit sine dolore nisi una christo miracu-
 lose scilicet gloriosa christo maria. **Alia** enim que pec-
 cat concipit fetum a diabolo. et hoc sine dolore
 cum in delectatione concipit peccatum. parit autem cum
 conscientia et perdit in lucem peccatum fratri suo scilicet sacer-
 doti. et hec pertusio non potest esse sine tristitia et
 dolore. scilicet contritionis et penitentia. **Na** sicut mu-
 lier dum parturit dolet amarissime. cum autem pepe-
 rit gaudet et se sentit alleuiatam. ita persona graui

da peccato ante confessionem et tempore confessionis
 tristis est et amara. sed confessione facta omnis homo
 sentit se alleuiatum a pondere peccati persistente
Ido dicitur **Judith.** viii. **Quia patiens est dominus pe-**
nitemus. et eius indulgentiam fuis lacrymis po-
stulem. **Sed** certe quia non sufficeret sancti et ele-
 ctis pro acceptatione penitentia a deo saccum esse co-
 cillum si non essent virtutibus supinduti. ideo ad-
 ditur et circumdedisti me leticia. que leticia est pro co-
 summatione virtuosorum operum. ideo de quolibet
 electo dicit beatus **Petrus.** j. **Cano.** j. **Exultabi-**
tis in leticia inenarrabili et glorificata. **In** illa
 enim beatitudine omnes et singule virtutes electorum
 glorificantur et coronantur ut quilibet virtus habeat
 coronam. **Na** legitur de quodam sene in vitaspa. que
 temptabatur a quodam demone grauius pro decem
 annis. ita ut desperaret dicens. perdidit iam animam
 meam reuertar ad seculum. **Cum** autem proficisceret ve-
 nit ad eum vox dicens illi. decem anni quibus certa-
 tus es corone tue erunt. reuertere in locum tuum
 ab omni malo cogitationis tue liberabo te. **Sic**
 supinduta fuit agnes que dicebat christus cir-
 cumdedit me vernatibus atque coruscantibus gem-
 mis preciosis. **Induit** me dominus cyclade auro tex-
 ta. et mensis monilibus ornauit me. et tanquam serpo-
 sam coronauit me corona. **De** isto itaque gau-
 dio quod nascitur ex perturbatione virtutum. loquitur do-
 minus in presenti euangelio iterum cum dicit. **Mul-**
ier cum parit tristitiam habet. mulier secundum **Alanum.**
 est sancta anima propter fecunditatem bonorum
 operum. hoc cum parit. id est cum virtutum profectibus in-
 sistit dum videtur temptatur et affligitur tristitiam habet
 hoc. quia venit hora eius ut patiat. **Sed** cum pe-
 pererit deuicto laborum certamine. et ad palmam
 puenerit. iam non meminit pressure precedentis
 propter gaudium procepte retributionis quod absor-
 bet tristitiam precedentem. quia natus est homo in mu-
 dum. **Sicut** enim mulier nato in hunc mundum
 hodie letatur. iuxta illud **Eccli.** xxxv. **Quem** ma-
 sculum excipiet. id est gratanter et cum gaudio exci-
 pit in partu mulier. quia semper vellet parere ma-
 sculum. que hic signatur pro hominem. **Et** quia sibi in-
 terdum magis parere femellam expediret. id sub-
 dit sapiens filia melior filio. sic etiam sancta ani-
 ma nato fructu suorum operum in eterna vita gaudio
 repletur et non solum ipsa anima. sed etiam totus ceterus
 celestis gaudet cum homo nouus natus est in celo.
 et dicit notanter. iam non meminit pressure.
 quia sancti in celo non recordantur pressure la-
 borum ad tristitiam sed bene ad gloriam. **Ter-**
tio gaudium electorum nascitur ex proximorum
 congratulatione. quia ibi unusquisque gaudet
 de beatitudine et gaudio alterius. et ibi ami-
 citia sanctorum erit tam delectabilis et tam io-
 cunda ut unusquisque tantum quemlibet alium
 amat quantum seipsum et hoc efficit unio charitatis
 cum christo domino quem plerumque unusquisque diligit quod se

ipm. q̄ vnicuiq̄ tm̄ ⁊ ampli⁹ tribuit q̄ meruit ⁊ ideo ille q̄ min⁹ h̄ ⁊ cognoscit aliū pl⁹ in bonis q̄ se abundare nō desiderat tm̄ h̄re q̄tm̄ h̄ ille q̄ excedit eum. Quia ex q̄ deū pl⁹ diligit q̄ seipsum. vult illum plus h̄re ⁊ se excedere sicut dñs ei dedit. Et q̄ ad h̄ dicit apls. j. **Cor. xij.** Si gloriat̄ vnū mēbrū cōgaudet̄ omnia mēbra ⁊ replebunt̄ mirabili dulcedine ⁊ delectatione. ⁊ sicut cōpatiebāt̄ sibi mutuo membra. sic sibi sibi cōgratulant̄ nec vllus inferior vlli supiori inuidebit. vñ dicit̄ Aug⁹. de ciui. dei. circa finē. Et ponit̄ exēplū de oculo ⁊ digito. quia digito nolle eē oculo nec scōuerso. et sic de alijs mēbris. **Sz** dicit̄ aliq̄s ex q̄ electi gaudent de sanctorū p̄m̄is nūquid ⁊ gaudebunt ecōtra de reproborū ⁊ dānatorū supplicijs. de hoc vide s̄. pte. j. dñica. ij. in aduentu. fmo. j. **B. E. ⁊ B.** Ad istā questionē tm̄ q̄tm̄ h̄ sufficit rīdet̄ bt̄s Greg⁹. omel. xl. sup. **Lucā.** ⁊ alle/gas li. iij. sniarū. dist. vlt. Apud inq̄t̄ aim iustorū nō obfuscat beatitudinē aspecta pena reproborū. qz vbi iā cōpassio nō erit miserie. minere leticiam beatorū nō valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant. ad maiorē tm̄ gloriā vident penas malorū q̄s p̄ grām dei euaserūt. Et parū infra. Quos inq̄t̄ vidētes nō dolore afficiēt. sed leticia saturabunt. agētes grās de sua liberatiōe. visa impiorū ineffabili calamitate. Et p̄s. lxiij. Letabit̄ iust⁹ nō scz vindi ctelitudine sed zelo diuine iusticie affectu. Et sic letabunt̄ de penis impiorū. non de p̄ se seu directe. sed p̄ accidēs. ⁊ indirecte scz cōsiderādo ordinē diuine iusticie. ⁊ grās agēdo domino deo q̄ eos de tantis supplicijs liberauit. **Sz** insisteret aliq̄s h̄ h̄c solutionem sic p̄mo. Qd̄ vitiosum ē in viatore nō debet poni in cōp̄hensoze. sz ē vituperabile in viatore q̄ letet̄ et gaudeat de penis aliorū ergo ⁊c. Scōdo instātur sic. cōpassio p̄cedit ex charitate. ⁊ vbi ē maior charitas ibi ē p̄fectior cōpassio. **Sz** in electis ē summa charitas. q̄ p̄fectissima cōpassio q̄ nō gaudēt de eorum penis. Tertio sic. beati erūt deo summe cōformes. sed de⁹ nō delectatur de penis n̄ris. imo cōpatit̄ nob. quia misericors. ⁊ q̄ sic silit̄ se h̄nt boni ad damnatos. Quarto sic. bonis nullū odiū erit. sz ad odiū p̄tinet gaudere de malo alteri⁹. q̄ nō gaudēt de penis dānatorū. Pro q̄ notāt̄ doctores q̄ aliqd̄ p̄t̄ eē materia gaudij duplicif. vno modo p̄ se. alio modo p̄ accidens rōne adiuncti. In penis em̄ malorū ē duo considerare. viz vnū nocumentū malis illatū. fm̄ qd̄ punire eos iustum ē. Primo modo non gaudēt boni de penis damnatorū. sed secundo modo tm̄. Et illo habito dicit̄ ad primā instātiā. q̄ laudabile ē i viatore. q̄ delectet̄ in penis malorū p̄ accidēs inq̄tm̄ iuste puniunt̄. vitiosum aut̄ ē q̄ letet̄

tur per se loquēdo de penis. Ad scōm̄ dicit̄ dñs q̄ compassio ē volitio qua quis desiderat malum ab aliq̄ repelli. quādo aut̄ malus est in statu tali. q̄ sua pena potuit ab eo repelli vel remoueri. tūc a charitate p̄cedit cōpassio. **Idō** q̄tm̄ cū q̄ hō malus sit in p̄senti. quia tunc est in statu in quo p̄t̄ corrigi ⁊ fieri dign⁹ carētie hui⁹ pene. ideo p̄t̄ iuste p̄cedere a charitate bonorū cōpassio ad eos. sed quia dānati sunt extra statū illū in quo possunt fieri boni. ideo ex charitate bonorū nulla cōpassio ad eos ori etur. qz talis cōpassio eē nō posset sine p̄iudicio diuine iusticie. Ad tertiū rīde q̄ de⁹ per se loquēdo de penis n̄ris nō delectat̄. sed per accidens. Sicut delectat̄ de opibus suis iustis. similiter cōpatit̄ ⁊ ē misericors p̄ statu isto in quo possunt corrigi. nō in illo in quo damnati nunq̄ possunt emendari. Ad quartū patet p̄ p̄dicta q̄ gaudere de malo damnati non erit odiū. quia iuste ē sibi inflictiū. hec **hol.** sup. libros sapientie lectiōe. lxx. Quarto gaudium electorū nascit̄ ex celestis patrie adeptiōe hoc gaudium est de faciei dei visione. de qua **p̄s.** Implebis me leticia cū vultu tuo. De hac visione dicit̄ **Anf.** in fi. li. psologi. Cogita q̄tm̄ delectabile sit videre nude ⁊ eternaliter tenere hoc bonum quod cōtinet oim̄ bonorū iocūditatem. nō talem iocunditatē qualē videm⁹ in rebus creatis. sed tm̄ differentē q̄tm̄ differt creator a creatura. Est homo sibi habitaturus ⁊ homis tm̄ gaudiū q̄ vix aut non p̄t̄ homo capere ipm̄. p̄petue igif cogita si potes q̄ magnum gaudiū sit quod de quolibet sanctorum replicat̄. vbi sunt sancti nobis innumera biles. fm̄ illō **apo.** vij. Post hec vidi turbam magnā quā nemo dīnumerare poterat. De his gaudijs q̄re s̄. dñica. j. octa. natiuita t̄ xpi. **k. l. b.** Unde legif̄ de quodā religioso qui rogauit dñm vt oñdēt ei minimū gaudiū paradisi. ⁊ statim pua auicula cepit mirabiliter corā eo cantare. ⁊ cum vellet eā cape. secutus est eā in siluā ⁊ auscultando eā stetit s̄ arbore trecentis annis. que cū auolasset fraē p̄perauit ad portā ⁊ videns totum claustruz p̄mutatum vix p̄missus ē intrare. quia nō poterat ab aliquo agnosci. Cum q̄ omēs de illo et ipse de omnibus miraret̄ quesuit abbas sub q̄ abbate exiisset. inuenerūt in cronica. ecc. annos transiisse. ⁊ ille dixit se nō defuisse nisi p̄ vnam horā ratione magne dulcedinis cui ipse intendat.

Dñica quarta post octauas pasce. fmo. j.

Hijcientes omnes imunditiā ⁊ abundantiam malicie cum māsuetudine suscipite instrumētum qd̄ p̄t̄ saluare aīas v̄ras. Ita scribit̄